Iacob. Nihil habeo quod dicã, tu vide quid tibi agendũ sit. Mol. Atqui sic nuper a vobis discessi ut interris expectare me ad dies aliquot, et orare Dominum interea, recipientes vos quoque ide mecum esse facturos. quid coclusistis? D. Iacob. Nihil coclusimus, neque tuã re curavimus. Mol. Attamen deberet vobis curæ esse, quid de me et de mea familia fiat, qui sitis pastores. D. Iacob. Vere nos [Romani] sumus pastores, et valde cotristati sumus, istis blasphemiis, quibus tota civitas impleta est per vos, quorũ tu es socius. Mol. Ego nunquam fui socius blaspheme loquentium de rebus divinis, imo semper sensi et nunc sentio, loquimtus sui et loquor magnifice de S. Dominica cœna. Vtinã tam reverenter de ea sentirent omnes, qui eam vobiscum manducant. D. Iacob. Ego etiã manduco, et vellem magnifice sentire, sed tamen hoc scio, quod tu ante hac (cum ministris nunc sis nostrio) fueris adversarius Ecclesiæ nræ in hac parte. Mol. Si quid proterue vel dixi ante hac, vel feci, quod Ecclesiã Dei offenderit, cupio in eo reprehendi, et Ecclesiæ satisfacere. D. Iacob. Ego talem rem no recordor: ego homo sũ qui viã hanc coteno, qui no moveor, qui nihil curo. Mol. At ego hoc curo, ut mea familia no privetur iis bonis, quæ nobis Christus reliquit: et vobis videndũ est, ne domesticos Dei ab ipsius S. cœna repellatis. D. Iacob. No habeo quod dicã. Mol. Hoc dic saltē an mihi tandē meos ad S. cœnã adducere liceat super ea confessione, quã in vestro cõsessu nuper cõfessus sum. D. Iacob. Tu scis cõfessione nostrã, tuã nos no curamus. Mol. Vehementer miror D. Senior, qui fere singulis concionibus hoc iteres, quod Domini verba cotemptis õim hominum glossis consistendum esse, velle tamen vos nunc alligare fideles ad quasdã determinationes scholasticas, quæ quamvis a doctis dictæ sint, tamen ex Domini ore nunquam prodierunt. Dum hæc loquimur pergit ille ad cancellos templi, ego (tanquam medicus qui nihil impetrat quærendo) opposui patientiã repulsæ ac mœstus domũ regressus sum.

Divini pastores sumus.

Domino doctori Lamberto ab Haer.

Pax Christi.

[= Kron. a. 11 Nr. 134]

Scit tua æquitas cũ in ripa Rheni ægre disiungeremur, atque ego mœstus scaphã conscendere, cõvenisse inter nos, ne quid aut tua dignitas expectaret, aut mea diligentia moliretur, donec de meis rebus certi aliquid constituisse. Interea vero tam sæva tempestas pertinaciter nobis incubuit, & cœlu diemque nris oculis eripuit, ut ne prospectare quidē esthuc licuerit, nedum certi quicquã de rerũ nostrarũ statu nuntiare. Cum etiã nunc eo loco perplexus hæreo, ut nisi quod pene confectus sum doloribus, nihil ex me certi aliud audire possis. Controversiã illam fatalem mitto, cuius tragœdiis enumerãdis neque cerebrũ mihi sufficit, neque tempus. Vtinã in eius inexplicabiles meandros me nunquã involuissem. Quãquã enim sedulo dedi operã, ne mei captus modum transcendere, nec cõtendi ipse cum aliquo, tamẽ audiendis aliorũ contentionibus, præterquã quod multũ temporis perdidi, etiã in eas cordis angustias inductus sum, quas nisi filius Dei clementer discussisset, egomet nunquã potuissem explicare. Sed hanc (ut dixi) funestã rixã omitto, tum quia mihi per valetudinē affectam no licet esse prolixo, tum quia meus animus ab illius cõmemoratione refugit, reiectis iurgiis in simplici verborũ Dei sensu acquiescens. Venio ad domesticas ærumnas, in quibus postquã a vobis digressus sum, nullã habui relaxationē. Illa statim domum redeuntē excepit afflictio gravissima ex ægrotatione subita Caroli Crollei, cui longo tempore noctes diesque assedimus tristissimo spectaculo cõsternati: hinc debilitata uxoris valetudine, ancilla, q par esse oneri no potuit, ferme 20. dies in lecto cõnspsit. Venerunt deinde pueris cæteris scabies, ulcera, puniones, aliaque incomoda, quæ fœminis

minis (vellent, nollent) longiore exciſſerit. Florentio pes ſiniſter paulo ſupra
digitos intumuit tanta duricie, vt 15. diebus nõ potuerit mollirj: tandẽ ex eo
tantum puris erupit, vt vix credj poſſet in puerj corpuſculo tantã vim cor-
rupti ſanguinis latitare. Eius periculoſam curatione ſcio mihi multa in-
uocatione, multiſq; triſtibus ſuſpirijs conſtitiſſe. Ludolphum adhuc in loco
periculoſo cancer morbus inuaſit, ita ſerpens per os totum, vt vndiq; gingiua
tanquã elixã fruſtulatim a nudis dentibus reuelleretur. Adhibitus Chirur-
gus plus obfuit, quã profuit. Quid facere? fretus libris et vxoris manu, eliq;
quæ erant corrupta ad viua vſq; cutis: mox deinde noua caro ſuccreſcere cepit,
accerſito Chirurgo peritiore, quj poſtrema manu admoueret: ſic illud malũ
prorſus ſublatum eſt, ſed nõ ſine inuocatione filij Dej, qua fere ſola nitor.
Natiuo eius morbo nõ auſus ſũ hactenus curatrice manu adhibere, ne vulnus
afflicto adderetur. Quoniã tamẽ nunc ſatis belle valet, & magis quotidie cõ-
firmatur, cũ oportunũ medicus iudicauerit, propinabitur ej quod per doctorẽ
Paulũ miſiſtj. Theodorus tuorũ filiorũ cuſtos imbecillj quoq; valetudine fuit
menſibus aliquot, nõ vt deeſſet rebus ſuis, aut vt in lecto manere cogeretur,
ſed tamẽ vt nõ admodũ alacris ad ſtudia ſua eſſe poſſet. eum ego recreauj
ſibiq; reddidj, cõceſſo ej modico vinj vſu. Sic alijs omnibus nunc reſtitutis, ego
et corpore & aĩo adeo diſcruciatus ſum, vt mirer me adhuc in viuis eſſe. Nec
puto aliam morbj cauſam, niſi anguſtiam cordis, quã hoc biennio grauiſſimã
perpeſſus ſum. Ad vltimũ cũ hic vita contra doctore in acie nouaculæ ſtaret,
atq; ego audiendis tragicis execrationibus pene in nihilum redactus eſſe, offerret
mihi ſenatũ libertate diſcedendj, pene deſperatis rebus meis propter Paſcha ferias
in ſchola nactus, Emdam perreptauj aliquid cõſilij quæſiturus. Illuc vt me appulj
repente in lectum deiectus tres ſeptimanas in magnis & animj et corporis
doloribus traxj. Quarta domũ reuectus lectionibus meis nunquã deſij qui-
dem, ſed tamẽ neq; animũ interea tranquillum habere potuj, neq; corporis vale-
tudinẽ reparare. Magiſtratus vt me vidit afflictum, nec vtile rebus tra-
ferẽdis, poſtulauit vt meas res agens, priore loco manere. Quid aliud facere
rem? quod res ferebat æquo aĩo tulj, & mea opera huic ſcholæ in proximũ
autumnum addixj. Video mi D. doctor, quanto magis hinc luctor emergere,
tanto me durius a Domino tanquã pilam in veterem locũ repellj. Itaq; ne
pugne cum deo, cõſtituj donec ſe offerat legitima vocatio, pedem nuſquã
efferre. Scio mej exilij tempus breue eſſe, vt nõ admodũ referat, quo loco
putreſcã. D. doctor Albertus vobis ſalutẽ precatur. Omnibus machinis iam
plus vno anno hoc actũ eſt, vt hinc pelleretur, ſed ipſe adhuc inſtar ſco-
pulj immotus conſiſtit. Vale prudentiſſime cõiugi vr̃æ ego, vxor mea
et puerj lætitiam & gaudium in Spiritu ſancto precamur a filio Dej
mediatore et ſaluatore nr̃o. Socio tuj itineris nihil vidj dulcius, opto illj
perpetuã fœlicitatem. Mercator ille, cuj me Coloniæ iunxerã, pro nauj nihil
me dare paſſus eſt, pro ſumptu vicæ quã minimũ: gener erat conſulis Lube-
cenſis, homo humaniſſimus. Apud D. Paulũ herj fuj, is propediẽ reuertetur. Iterũ
vale.

vale. 15. Calend. Iulij. Tuus alumnus. 10 Mol. 1557.

Si quis huc ire vellet adolescens graecae latinaeque linguae mediocriter doctus, quamquam de graeca minus laboro, qui mathematicas artes degustasset, qui in curandis decem pueris opus pariter mecum facere posset, viveret apud me percomode, caperetque id pretij quod ipse pro labore abunde magnum confiteretur. Quare si quem eiusmodi nactus eris, dummodo sit in eo timor Dei et studium pietatis, extrude. Ad hanc rem nemo magis idoneus fuerat, quam ille candidatus, apud quem coenavimus post nocturnam errationem olim Gaudavo redeuntes: Si tamen ille miser aliqua via ab incendio asseri posset. Non quaero meum laborem, qui mihi levat huius exilij taedium, in alium rejicere, imo etiam uberius cupio excolere, quos mihi Dominus dedit altores et nutritios apud barbaram gentem peregrinati. Tum autem desidero aliquem studiorum meorum socium, in cuius amore et fide acquiescam. Quam ad rem, dare te mihi operam non est abs tua incredibili humanitate alienum. Iam tertium vale. Omnes pueri nostri Christi beneficio nunc sunt Crotone salubriores: ego et uxor languemus. Michaelis silentium miror, quum sciam me ipsi charum esse. Vorhedius ex Gallia nuper ad me scripserat, sed vereor ut propter hoc atrox bellum venerit in aliquod discrimen. 22. Iunij dum expecto qui perferat. Bremae. Hic annis quum crebris mortis, tum rerum omnium caritate nobis perquam damnosus fuit, sed laus Deo nondum egemus, et contenti sumus.

M. Petro de Spina Antuerpiae

Pax Christi

Nr. 11)

Suavissime adolescens quia te in paucis fidelibus discipulis amavi semper plurimum, epistola tua plenam fidei erga me et amoris animum meum magna consolatione permulsit. Poma aurea (ut sapiens ait) in tabulis argenteis sunt verba dicta opportune. At sane nihil potuit opportunius aut dici mihi, aut nunciari, quam quod tuae mihi literae pertulerunt. Nuper autem dico, quia licet eas heri primum accepi, tamen ante 12. dies Bremae fuerunt. Ut primum aspexi tuum nomen vehementer recreatus sum: nam postquam ex patria scripseras nihil remedij morbo tuo afferri posse, nec secus tecum agi, quam si pharmacum bibisses, ego de tui corporis valetudine prope desperans saepius curae tuae salutem flens deo commendavi, non ignorans quam arctae sint angustiae spiritus inter illa bestiae cornua cum difficili morbo luctantis. Ago tibi gratias fili Dei pro nobis passe, quod respexeris afflictum adolescentem, eumque potenter vindicaveris e faucibus eorum, quibus pedes velocissimi sunt ad sanguinem fundendum. Mi Petre non de nihilo scribo, te esse potenter assertum, qui in patria in morbo urbis aliquo usque persensi qualis fornax sit aegroto papalis phalarismus. Miraris subitam mei consilij mutationem: non iniuria certe, nam miror eam ego quoque. Postquam hinc abieras, impetrata missione ab senatu, res omnes in sarcinas collegimus, in vasa conclusimus, navium conduximus, multa mutelia ad iter distraximus, domesticos, qui nollent esse comites, suis remisimus. Quid moror. quem die nautis dixeram, eodem venerunt huc Consul et duo senatores Reipub. nomine importune obtestantes, ne uterer concessa mihi missione, nec desererem locum, in quo hactenus fide bona bona opera scholae dedissem. Ego multa fortiter excusare, nihil farinae, nihil lignorum, nihil omnino in hyeme proxima comportatum, sarcinas convasatas, pueros amisses, parentibus nunciumm missum. etc. illi contra haec magna promissa, quibus ista incommoda lenirentur, quae nec pudet nunc commeminisse, quia postea nunquam comparuerint. Addixi me tandem victus

+ compex

[= Hocv. a. 11 Nr 135]